

1377. Indict. XV. die Dominc. 5. Jul. regnante serenissimo principe et domino nostro naturali domino Ludovico, Dei gratia rege Hungariae, Poloniae et Dalmatiae etc. Tempore reverendissimi patris d. d. Petri de Mataffaris archiepiscopi Jadrensis, et egregii ac potentis viri domini Rafaelis de Surdis de Placentia civitatis Jadrae comitis. Cum illustrissima principissa et domina nostra naturalis Elisabeth, regina Hungariae, Poloniae et Dalmatiae, et gloriosi domini nostri regis Hungariae consors, divino spiritu mota, visitare voluisset corpus beati Simeonis justi in sua fideli civitate Jaderae existens, quo viso, umili compassione commota, non jacere ut conveniens est, idcirco Jaderae post recessum suum destinavit mille marcas argenti, causa ipsi beatissimo corporis s. Simeonis justi fabricandi arcam unam argenteam, in qua dictum corpus sanctum reponatur et conservetur, ut dictum est; et pro dicto opere citius conficiendo eadem domina regia nostra per suos gratiosas litteras scriptas fidelibus suis Jadrensis d. d. Francesco de Georgio, Maffeo de Mataffaris et Paulo de Georgio, strenuis militibus regiis et ser. Georgio de Civaletlis et Francesco de Cedulinis, ut ipsi prout citius fieri possit dictum opus perficere curent. Qui strenui milites d. Franciscus, d. Maffeus, d. Paulus, uti fidelissimi regiae majestatis, tam suis nominibus, quam nom. ser. Georgii de Civaletlis et ser. Francisci de Cedulinis, qui absentes erant, cupientes regia mandata pro parte adimplere, se regio nomine convenerunt cum magistro Francesco aurifice q. Antonii de Mediolano, nunc habitante Jaderae, pro dicto opere conficiendo in hoc modo, videlicet, quod dictus magister Franciscus etc. Eine andere Nachricht vom Jahre 1383 gibt Lucius¹⁰⁰) aus gleichzeitigen Aufzeichnungen eines D. Paulus de Georgiis, Regius Miles „MCCCLXXXIII die XVI. mens. Nov. Dominus Vladislaus Castellanus et Vicarius Jadrae praesentavit nobis, pro parte Dominarum Reginarum antedictarum (Elisabeth Reginae Hungariae Senioris et Dominae Mariae Reginae junioris) clavem arcae S. Simeonis, ut per Regimen servaretur, et data fuit mihi Paulo de Paulo, tunc Rectori, praedicta clavis ita, quod primus Rector, qui incipit servare dictam clavem, mandato Dominarum Reginarum praedictarum, ego fui."

Was die Kunstform der Arca betrifft, so gibt dieselbe in ihrer gegenwärtigen Form nicht mehr ein reines Bild des ursprünglichen Werkes des Meister Francesco von Mailand, sondern sie zeigt offenbar zwei verschiedene Perioden, nämlich eine, welche der Zeit König Ludwig's von Ungarn vollkommen entspricht, und dieser Theil ist am grössten und am vollständigsten in dem Werke vertreten, und andere Theile, die offenbar der Renaissance-Periode angehören und bei verschiedenen Gelegenheiten gemacht worden zu sein scheinen, je nachdem der Zustand des Werkes selbst eine Restauration nothwendig

¹⁰⁰) De regno Dalmatiae et Croatiae l. V, c. II.